



Propositio Tertia.

Distantiam inter te et basim rei non accessibilis in plano metiri.

Sit Basis f. & sūmitas rei g. planū vero ipm sit a f. in quo fg. altitudo orthogonaliter leuata est. Si f. signum basis a te videri potest: habebis distantia a f. per doctrinam præcedentis. Si autē f. non possit a te videri propter tumorē medium. Pone instrumentū tuum in plano: ita vt latus instrumenti a d. æquidistet plano: aut super eo situetur: & latus d c. orthogonaliter stet sup plano: & sic firmato instrumento: vide sūmitatē g. per ambo foramina: & nota vbi regula a e. secet latus d c. qđ semp fiet: dum distantia inter te & basim rei est maior altitudine fg. sintq; partes quas secat d n. deinde retrocede aut accede fm lineam rectam a re alta: vel ad rem altam: & iterum respice sūmitatē g. per ambo foramina: & iterum nota vbi regula a e. secat latus d c. & sint partes quas nunc secat d o. & si in secunda statione vicinior es. d o. maior est qđ d n. si distantior: d o. minor est qđ d n. horum differentiam nota: & eam serua pro numero primo. Numerus secundus sint partes quas secat a e. in viciniori statione. Numerū autem tertium accipies id qđ est inter vtrasq; stationes. Multiplica tertium per secundū: & diuide per primū: & exit distantia inter oculum tuum in statione distantiori & basim rei quæ sita. ¶ Exemplum: secetur in vtraq; statione latus d c. in viciniori: numerus partium sit. 800. in altera sit. 700. horum differentia est. 100. Distantia autē inter vtrasq; stationes sit. 20. cubiti: duco. 20. per. 800. fiunt. 16000. Hec diuido per. 100. perueniunt. 160. cubiti: tanta est distantia a f. quæ sita. ¶ Demonstratio hec est. Nam a d. ad d n. proportio est: vt a f. ad fg. propter similitudinē triangulorū. Similiter est: a d. ad d o. sicut a f. ad fg. Sed cum vtrobiq; primū & quartū idem permaneat: sequitur vt quod fit ex o d. in a. a f. est æquale ei qđ fit ex n d. in a f. quare proportio o d. ad n d. erit vt a a f. ad f a. residuū: igit ad residuū: scz n o. ad a a a. pportio fiet: sicut totius ad totū: hæc est o d. ad a f. Sed cū prima tria sūt cognita: quartū notū fiet: qđ querebat. ¶ Sed si accideret: qđ regula a e. in vtraq; statione secaret latus b c: qđ semper accidit: dum distantia inter te & basim rei minor est altitudine rei: similiter numeri partium quæ d b c. secantur in vtraq; statione notabis: & harum differentiam p primo numero tenebis: p secundo vero tene numerum partium quas secat a e. in distantiori statione: & p tertio accipe id qđ est inter vtrasq; stationes: multiplica tertium p secundū. & diuide per primum: exit distantia inter oculum tuum in statione distantiori & basim rei eleuate quæ sita. ¶ Exemplū in vtraq; statione secet latus rectū scz b c. Numerus partium vicinior. 100. alter sit. 300. horū differentia est. 200. distantia vero inter stationes sit. 40. cubiti. Duco. 300. per. 40. fiunt. 12000. quæ diuisa per 200. proueniunt. 60. cubiti: & tanta erit distantia a f. quæ sita. ¶ Demonstratio. Nam ppter similitudinem triagulorum a b. ad fg. vt n b. ad a f. Similiter a a b. ad fg. vt o b. ad a a f. quare n b. ad a f. vt o b. ad a a f. igitur residui ad residuū n o. ad a a a. sicut totius n b. ad totum



B